



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Auth. de Lenon. § præconizamus,
¶ dicunt DD. quos refert, ¶ se-
quitur Ferr. qq. mor. par. I. q. 12. n.
1. & 8.

2 Lenones autem, vel leuæ iure
ciuili pena mortis puniuntur, pre-
sertim quando maritus est leno
suz vxoris, ut ex d. Auth. Ricc. in
collect. decis. 1514. & 1795. p. 5. sed
de consuetudine arbitraria pena
multantur, vel fustigantur, ut d.
Clar. in § fin. quæs. 58. vers. lenones
Ricc. d. decis. 1795. par. 5. E. Suarez
relat. in Syntag. comm. opin. tit. de
Adulter. cap. 2. eadem poena pu-
niuntur hi, qui dissimulant vide-
re, & scire, quæ domi fiunt ab
vxore, ut adulter eo chariores
habeat vxoris amplexus Loccatell.
de quæst. Iud. insp. 5. num. 17.

De iure autem canonico grauis
poenitentia est iniungenda ex d.
cap. discretionem. sed hodiè poena
fustigationis est etiam approbata
a sacris canonibus, ut constat ex c.
In Archiepiscopatu de Raptor: cap.
præterea ubi glo. in ver. crudeliter
de Cler. percuss. illamque passim in
fligunt ecclesiastici Iudices, ut d:
Ferr. loco cit. num. 8. quicquid di-
cat Vulp. in Prax. Iudic. cap. 46: n.
7. hæc tamen fustigationis poena
moderatè est infligenda, non au-
tem crudeliter; alias Episcopus
iubens aliquem indebito modo
fustigari, per duos menses a Mis-
sarum celebratione suspenditur
d. cap: præterea, & d. Clar. in Pract:
crim. § fin. q. 70. vers. est etiam.

Item propter hoc crimen ma-
trimonium quoad thorum sep-
ratur Nauar. in man. cap. 22. n. 22.
Genuës. in Prax. Archie. c. 21. n. 23.

S V M M A R I V M.

- 1** Incestus est mixti fori.
- 2** Incestu si qualiter puniantur:
- 3** Quando incestu si à poenis ex-
cusentur.

C A P. XXXV.

De Incestu.



Incestus etiæ est mixti
fori, vtroque enim
iure punitur cap. de
incestis 35. q. 3: cap:
consanguineorum 3.
q. 4. clem. vn. de. consang. & affin.
aut. incestas nuptias C. de Incest.
& inutil. nupt. & in Auth. de Incest.
& nefar. nupt.

De Iure ciuili huiusmodi delin-
quentes deportantur l. si quis vi-
duam ff. de question. alij tamen
dicunt, quod hoc delictum puni-
tur eadem poena, qua adulterium
glo. in l. si adulterium cum incestu
ff. de Adult. Bonifac. de Vitalin. in
traet. de malefic. tit. de adulter. in-
cest. & c. nu. 13. Boff. tit. de Coit. dam.
& punib. num. 4. sed de consuetu-
dine arbitraria poena, videlicet
vel triremium, fustigationis, re-
legationis, vel pecuniaria, pu-
niuntur iuxta facti, & personarū
qualitatem Ricc. in Collect. decis.
151. par. 1. & dec. 1869. par. 5.

Qui verò incestas nuptias sciē-
ter contrahunt, dignitatem si
quam habent, amittunt, in-
exilium mittuntur, & eis bo-
na confiscantur: & si viles
sint, etiam verberantur d. auth.
in-